UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Meditatio XVIII. De utraque paupertate amplectenda, exemplo Christi Domini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-60545

Visual Library

ſe æſtimationis prodigium! Quis
veſtrûm præſumat, nova, & alta
ſapere, jactare, oſtentare? Pro
procul, ô Sacerdotes pars Domini
jſſima indole veſtra! procul, pro
Religioſi ab inſtituto, à mentibus,
ore, actibus veſtris, omnis ſuper
animoſitas, arrogantia, faſtus,
ſtitûs levitas. Inſiſtite totis viribus,
omnis humanæ gloriolæ vanitas,
vanitatis cupiditas, omnium virtu
peſtis, omnium meritorum rapina
gloriæ Dei furtum ſacrilegum, ab
nibus deinceps functionbus veſtris
motiſſimè proſcribatur.

Vana gloria fugienda.

MEDITATIO XVII

De utraque Paupertate ampl dâ, exemplo CHRISTI Domini.

Textus Regul. c. 7. gra. 7.

SEptimus Humilitatis gradus eſt: ſi omnibus inferiorem ſe, & viliorem ſolùm ſuâ linguâ pronunciet, ſed etiam timo cordis credat affectu; humilians ſe, dicens cum Propheta: Ego autem ſum mis, & non homo.

Prælud. Imaginare tibi pauper
nudum, & deſpectum IESVM,

è cunis vagitu ſuo, ſeu de Cruce tibi clamantem: *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* *Ioan. c. 13. v. 15.*

Punct. I. *Conſid.* Corporalem Domini IESV paupertatem, quam pro cælo, throno, corona, ſceptro, purpura, divitijs, gaudijs, & voluptatibus elegit. 1. In nativitate extremam inopiam, ſtabulum, beſtias, præſepe, ſtramen, laceros panniculos, famem, & frigus. 2. In vita ſummam auſteritatem, eleemoſynas, jejunia, vigilias, labores, pernoctationes in oratione. 3. In morte extremam nuditatem, flagella, ſpinas, crucemque, ut non haberet, ubi caput reclinaret.

Extrema Chriſti paupertas.

Et non pudeat, ſub Rege paupere, & nudo militem cupere mollibus veſtiri, cubare, cibari, potari, abundare? non pudeat, ſub capite ſpinoſo membra eſſe delicata?

Punct. II. *Conſid.* Ipſius quoque paupertatem ſpiritûs, infimam humilitatem, quâ, *cùm in forma Dei eſſet*, voluit 1. In nativitate exinaniri in formam ſervi, infantis, peccatoris, fugitivi, diſcipuli, ſubditi. 2. In vita, vivere ut mendicus, fabri filius, reputari ut blaſphemus, dæmoniacus, proſterni ad pedes diſcipulorum in genua, illos lavando, tergendo, deoſculando, etiam erga ſuum

Summa ejus humilitas.

Philip. 2. 6.

ſuum proditorem Iudam. 3. In m
capi, illudi, calcari, flagellari,
demnari, crucifigi, ut mancipium,
mis, malefactor, & latronum
mus.

O prodigia humilitatis! O I
humillime, qualia mihi dediſti e
pla! Abſit ergo à me, ut ego v
culus me velim magnificare ſuper
vel ambulare in magnis in ſpiritu
ſed elegi mihi, abjectiſſimus eſſe
mo tua, & viliorem me omnib
putare.

Hæ virtutes ſunt baſes perfectionis.

Punct. III. Conſid. Chriſtũ hanc
cem paupertatem idcirco voluiſ
primam, & totius vitæ ſuæ ſancti
baſin. 1. Quia reverà omnis perf
nis eſt principium. 2. Vt homin
moderatas cupiditates divitiarum,
norum, & voluptatum ſuo exe
confunderet. 3. Vt omnes Religi
& pauperes animaret, omnia p
tatis incommoda, & contemptus
enter ferre, amplectíque vilia, ab
& infima. 4. Vt ſuos dein Apoſtolo
rúmque in officio & gradu ſucce
ad eandem virtutem inſtitueret.

Matth. c. 11.

illud: *Diſcite à me, quia mitis ſum &*
lis corde. 5. Vt per Apoſtolos, V
que Apoſtolicos, (quales ſunt S
dotes) Eccleſiam ſuam in merâ h

tate & paupertate Spiritûs fundaret, conſervaret, omnesque fideles humilitatis ſuorum miniſtrorum exemplo ædificaret. Ah! dulciſſime Domine, qui clamas ad nos, *diſcite à me* (non mundum fabricare, non cæcos illuminare &c. ſed) *quia mitis ſum, & humilis corde*: ecce de abyſſo nihilitatis meæ clamo ad abyſſum miſericordiæ tuæ &c. *Matth. c. 11. v. 29.*

Da mihi hanc gratiam, quâ pro ſtatu meo poſſim perfectam ſemper paupertatem, & humilitatem amplecti, omnibus me inferiorem toto cordis affectu tenere, credere, & pronunciare, omnem arrogantiæ ſpiritum extinguere, omni mundanæ vanitati & levitati renunciare, inanem gloriam deteſtari, quia in veritate viliſſimus vermis ſum, & non homo, humiliatus, & confuſione omni digniſſimus.

CONSIDERATIO I. POMERIDIANA.

De vana elatione mentis cavenda.

Non placeas tibi ipſi de habilitate, aut ingenio tuo: ne diſpliceas Deo, cujus eſt totum, quidquid boni naturaliter habueris. *Gerſ. l. 1. c. 7. n. 2.* *Non te reputes alijs meliorem, ne fortè co-* *n. 4.*

ram